Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



portas iustitie ingressus meas confitebor domino si quis
ta domini iusti intrabunt in eas Confitebor tibi quoniam
exaudisti me et factus es michi in salutem Lapi
dem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in
caput anguli A domino factum est istud: hoc est mirabile
in oculis nris Hec est dies quam fecit dominus exultemus et
letemur in ea Domine saluum me fac domine bonum prosperare
bonos qui venitur in nomine domini benedixim: uobis de
domo domini deus dominus et illuxit nobis Constituite diem sol
lempnem in densis: usque ad cornu altaris Deus
meus es tu et confitebor tibi deus meus es tu et exaltabo te
Confitebor tibi quoniam exaudisti me et factus es mihi in salu
tem Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius
Beati immaculati in via: qui ambulant in lege
domini Beati qui scrutantur testimonia eius in
toto corde exquirunt eum Non enim qui operantur iniqui
tatem in viis eius ambulauerunt Tu mandasti: manda
ta tua custodire nimis Utinam dirigantur uie mee
ad custodiendas iustificationes tuas Tunc non con
fundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis Con
fitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iu
dicia iustitie tue Iustificationes tuas custodi
am: ne me derelinquas usque quaque Inquo corrigit
adolescentior uiam suam: in custodiendo sermones
tuos In toto corde meo exquisiui te: ne repellas
me a mandatis tuis In corde meo abscondi eloquia
tua: ut non peccem tibi Benedictus es domine doce me
iustificationes tuas In labiis meis pronuntiauit
omia iudicia oris tui In uia testimoniorum tuorum de
lectatus sum: sicut in omnibus diuitiis In man